



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Tractatvs De Censvris Romano Pontifici Reservatis**

**Ugolinus, Bartholomaeus**

**Venetijs, 1609**

Vers. Et in ea morantes.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-61365](#)

ni, vel equi, vel serui, vel quidvis aliud ipsis auferatur, pena hac auferentes obligabuntur. Immo & qui marito uxorem, filiosve auferet. Ad summam, quæ diximus in antecedenti Capite in ver. Spoliant, & hic pro diuis haberi possumus.

**3** At quid si quis prædetur muliones, qui res Romipetarum ferunt, an in penam hanc incidet? Planè censeo & in hoc casu hunc in excommunicationem incidere, cum ea ratione Romipetas de prædetur, & Romani Pont. mēs, atque intentio hoc velit, ac sanè nonne absurdum esset principes viros, qui res tuas in huiusmodi itineribus per alios ferunt, privilegio hoc carere? Cōcludo igitur in hoc casu Bullam locum haberre. Excipio tamen, ubi muliones periculum huiusmodi in se suscepissent, nam quod tunc non ipsis dominis res pereunt, sed ipsis mulionibus, & ob id non spoliantur, ob eam rem nec tales deprædantes in penam hanc incidunt, ex quo Bullæ uerba eis non convenienti argum. l. 4. §. toties, ff. de damn. infect. Contraria opinio tamen mirhi uerior uidetur, nam res peregrinorum deprædantur, esto periculum in se muliones suscep- rint.

**4** Quid itidem si quis Romipetam interficiat, alias vero interueniens mortuum spoliat, an in excommunicationem hic incidet? Neque hunc in excommunicatio-

nem incidere concludo, nam solum per Bullam punitur qui ui auferit, hoc enim significat uerbum illud. Deprædantes, ut præmissus, at hic uis non infertur, ex quo mortuus spoliatur, iure igitur penam hanc euadit, et si alias punitur.

Quid demum si de ijs, qui clam furantur? Neque hos in penam incidere censeo ob eandem rationem, quoniam ui non auferunt, sed clam, & ignorantibus dominis, quo casu uis nō infertur, etenim Romanus Pontif. grallatores punire voluit, qui in itinere insidiantur, & non restantum, sed sa- pius uitam auferant, declarare hoc antecedentia, quæ nūdimus, scilicet de his prædonibus agi, qui etiam interficiunt, m̄pilant, vulnerant, & huiusmodi alia se- lera committunt. Sed iam ad alia veniamus.

### Vers. Et in ea morantes.

**i** Offendentes Romipetas, dum in Urbe morantur, aliquo ex dictis modis, in excommunicationem incident.

**H**ie excommunicantur si qui Romipetas, ac peregrinos of- fendunt, dum in urbe morātur, ut in uer. proposito habetur. Et quoniam quæ diximus de antecedentibus, & hic locum habent, ob eā rem



tem quæ huc pertinent, vel de interficiente, vel de mutilante, vel de vulnerante, vel de detinente, vel de capiente, vel de depræstante agamus, illinc sumemus, etenim & in hoc casu eadem ratio est, & ob id eadem iuris dispositio a: gum. l. illud. ff. ad leg. Aquil. & capit. cum dilecta. de confirm. vtil. vel inutil. Priuilegium igitur huiusmodi Romipetæ in omnibus prædictis casibus habebunt, quod habent ad Urbe acceden-tes.

Excipitur tamen ubi domicilium ibi elegerunt, nam quod tunc peregrini esse desinunt, & sunt ciues Romani, & incolæ, ob eam rem priuilegium hoc non habent; cessante enim causa priuilegii cessat & priuilegium. argum. c. cum cessante. de app.

Vers. Vel ab ipsa receden-tes.

S V M M A.

¶ Offendentes uno ex diffis modis ab urbe peregrinos recedentes, in excom-municationem incidunt, quæ excom-municatio, quousque pateat, declara-tur.

¶ **H**ic excommunicantur, † qui vno ex prædictis modis Romipetas ab urbe recedentes offendunt. Quæ excommunicatio afficit, quousque in patriam ven-

tint, seu ad suum domicilium, nā sicut priuilegium hoc habent. Star-tim atque domo egressi iter susce-perunt, ita eo fruuntur, quousque illuc reuersi sunt, ut quod opera-tat propositum in proposito, ope-retur oppositum in opposito. arg. l. fin. §. si. ff. de leg. 3.

Item locum habet, esto quem pœnitentia le id itineris fecisse, po-stequam pia loca visit, nam nisi dominus pietatis causa venit, & quæ pietatis erant, egit, quod au-tem factum est, infectu redi non potest. arg. l. in bello. §. infectæ. ff. de capt. & postli. reuersi.

At quid si quis causa pietatis ad urbem accedit, sed posteaquam illuc peruenit, neque pia loca vi-sit, aliud ve pietatis munus obiicit, sed aliud egit, an in excommuni-cationem ipsum domum redeun-tem offendens incide? Ego cen-seo in excommunicationem huc nō incidere, nam cessat causa pie-tatis quamobrem priuilegium hoc concessum est, ergo & priuilegiū cessare debet. arg. c. c. cum cessan-te. de app. Idem censeo, si in iti-nere opinionem mutet; secus au-tem si morbo impeditus id agat, tunc enim voluntas prodest, ac sup-plet.

Postremo afficit excommuni-catio hæc, vel diutius ob aliquam causam, vt pote ob morbum, aut in accedendo ad urbem, aut in ea morando, aut ab ea receden-do, moretur. Sed de hoc satis, si quid hic desideratur, ilhud ex an-  
tece.